Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26140
Copyright: Admont, Benediktinerstift

habitant domus luteas. q terrenu habent fundamentu consumentur
uelut aranea. Natura angelica si contemplationi auctoris inhaeren .xxv.
do instatu suo immutabiliter permanet. Eo ipso tamen quo creatura est
in semetipsa uicissitudine mutabilitatis habet. Mutari enim creatio
ad aliud ire est. et in semetipsa stabile non est. Una quaeque enim res quasi
tot passibus ad aliud tendit. quot mutabilitatis suae motibus subi
acet. Sola enim natura incomprehensibilis abstatu suo nesciit move
ri. quae abeo quod semper ide est nesciit immutari. Ita si angelica substan
tia a mutabilitatis motu fuisset aliena. bene ab auctore condita
nequaquam in repbis spiritibus a beatitudinis suae arce cecidisset. Illuc
enim omnipotens dns naturam summae spiritum bonam sed mutabile edidit.
ut et quod permanere nollent ruerent. et quod in editione persistere
tanto inclitiores dignioresque quanto et creatoris arbitrio starent. et eo maioris
apud dm meritis fierent. quo mutabilitatis suae motum uoluntatis
statione fuissent. Quia quod ipsa quoque natura angelica est in
semetipsa mutabilis. quam uidelicet mutabilitatem uitet phoc
quod ea quod semper ide est uinculis amoris illigat. recte nec dr. Ecce quod
seruiunt ei non sunt stabiles. atque eausde prinos documentum mutabili
tatis adiungit. cum de apostatis spiritibus subinferit. Et in angelis
suis reppeiit prauitatem. Ex quoque comparatione casus bene in
firmitatis humanae considerationem collegit cum ilico subnectit.
quantomagis hi quod habitant domus luteas. quae terrenum habent fun
damentum consumentur uelut aranea. Luteas quippe domus habita
mus. quia incorporibus terrenis subsistimus. Quae bene paulus conside
rans ait. Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus. Et rursum. Scimus
quia si terrestris domus nra hui habitationis dissoluatur. quod edificationem
ex deo habemus domum non manu facta. Terrenum quoque fundamentum
est substantia carnalis. Quod in se psalmista sollicite considerat cum
dicebat. Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto. et sub
stantia mea in inferioribus terae. Tinea enim de ueste nascitur. et ande